

CAUSA
REGALIÆ

PENITUS EXPLICATA,

SEU

RESPONSIO

AD

DISSERTATIONEM

R. P. E. NATALIS ALEXANDRI

DE JURE REGALIÆ,

*Quæ habetur inter ejus selecta Historia Ecclesiastica
Capita, ad Saculū XIII. & XIV. Parte 3.*

à paginà 44. usque ad pag. 275.

Doctus & Promotus
Autore M. C. S. Theologiæ Doctore.

Ex Coll. R. de la Comp. de St. de Salam. & de la librerie



Ex Autho. et Cardenal. Promotus



LEODII,

Apud HENRICUM FOPPIN,

M. DC. LXXXV.

Superiorum permisso.

P R Æ F A T I O.

Quem exitum habitura sit excitata jam ab aliquot annis circa Regaliam Controversia, cupide omnes expectant; sparsa nimirum per totum orbem Christianum ejus fama. Quanti sit illa ponderis, omnes colligunt ex indefesso Ministrorum Regis Christianissimi conatu ad extendendum, per totum Franciæ Regnum, prætensum hoc Jus; ex constanti multorum virorum pietate insignium, qui gravia quæque perpeti maluerunt, quàm huic extensioni consentire; & ex sollicitudine sanctissimi Pontificis pro impediendâ ejusmodi innovatione. Verum ut punctum ipsum quæstionis, quæ in hoc Opere ventilatur, omnibus innotescat, præviè quædam afferenda sunt ad ejus historiam pertinentia.

Extraordinario quodam usu, cujus est admodum obscura origo, Christianissimi Franciæ Reges in nonnullis suæ ditionis provinciis, vacantibus Ecclesiis, universos fructus Episcopales suos faciunt, & Beneficia omnia, præter Parochias, pleno jure conferunt; quod jus

CAUSA REGALIÆ *Pref.*
PENITUS EXPLICATA,

Sen

Responsio ad dissertationem R. P. J. Natalis Alexandri de *Jure Regaliæ*, quæ habetur inter ejus selecta *Historiæ Ecclesiasticæ* capita, ad sæculum XIII. & XIV. par. 3. à Pag. 44. usque ad pag. 275.

Responsio ad Præfationem P. Alexandri.

1. **P**RÆFATIONIS P. ALEXANDRI
VERBA. „ Quæstionem cum primis difficili-
„ lem ac delicatam tractaturus hanc mihi præ-
„ stituo legem, ut de Regaliæ extensione
„ historicè tantum agam, Gallorum Juris-
„ consultorum, seu veterum seu hodiernorum sententiam,
„ pronuntiata, rationes, praximque Regni Christianissimi
„ referens, quantum ad illustrandum hoc argumentum, ad
„ aperiendum Lugdunensis Concilii II. sensum, ad Regem
„ Christianissimum, prout ex officio teneor, à calumnia vin-
„ dicandum, opus erit.

2. RESPONSIO. In omni controversiarum genere
operæ pretium est quæstionis statum accuratè constituere, il-

A

luc-